*apparatus, ſi pax aut foedera facienda, ſi publica Ordinibus tributa imponenda, nihil horum aut quidquam ſimile, poſthac vnquam fiat vel admittatur, niſi cum comitiali liberoque omnium Imperii Ordinum ſuffragio & conſenſu; ſaluis tamen iis, quae ad Imperatorem & collegium electorale ſolum pertinent, & ſaluis eorum iuribus & praeeminentiis, omniaque intelligendo iuxta morem ab antiquo receptum. — Quodſi etiam aliquis ſtatus dignitate bonisque exuendus videatur, contra illum aliter non eſt procedendum, quam ſecundum Imperii conſtitutiones & capitulationes caeſareas.* Gallis vero: *ad 7. reſpondent plenipotentiarii Caeſaris, placere: — conſequenter* (principes & ſtatus Imperii) *ſine difficultate gaudeant iure ſuffragii ſibi competente in omnibus deliberationibus ſuper negotiis Imperii, principaliter vbi de concludenda pace, denuntiando bello, reſoluendis contributionibus, delectibus & hoſpitationibus militum, imponendis praeſidiis, exſtruendis nouis fortificationibus in locis intra ditionem ſiue ſtatum dictorum principum ſitis, concludendis foederibus, ferendis nouis legibus aut interpretandis antiquis, aut aliis negotiis eiusdem naturae agendum, quae in poſterum aliter tractari ac decidi non poterunt, quam in comitiis generalibus ſtatuum Imperii, neque reſolui, quam dictorum ſtatuum conſenſu; ſaluis tamen iis, quae ad Imperatorem & collegium Electorale ſolum pertinent, & ſaluis eorum iuribus & praeeminentiis, omniaque intelligendo iuxta morem ab antiquo in Imperio receptum.* Clauſulae huius: *ſaluis tamen iis* &c. interpretationem aut reſeruatorum Caeſareorum ſpecificationem vrgebant exterarum coronarum plenipotentiarii. Sic Sueci menſe Ian. 1646. replicabant: bitten Ihnen dieſen *morem antiquum* etwas mehr zu expliciren, wie weit ſich die Zeit erſtrecke? ob dieſelbe *ad tempora Tiberii*, oder was vor eine Zeit zu verſtehen ſeye. Vt clauſula retineretur, vehementer quidem non plenipo-

 ten-

tentiarii ſolum Caeſaris, ſed etiam principes Electores agebant, contendentes: über die Frage: *quid Imperator, quid Electores ſibi praecipuum ab aliis ſtatibus habeant?* .. halten die Chur-fürſtliche Räthe und Geſandten, daß dieſelbe, :: wo nicht gar zu *praeteriren*, doch eines Römiſchen Kayſers *iura maieſtatica & Electorum praecipua* dahin erklären ſollte, daß demſelben als dem Oberhaupte, alles dasjenige an Hoheit, *Iurisdiction*, *Autorität*, Macht und Gewalt allein zuſtehe, was den Churfürſten und Ständen vermög der Wahl-Capitulation, güldenen Bull, und Reichs-Conſtitutionen nicht *participatiue* ausbehalten worden, und darinnen dieſelbe ihr *ſuffragium* und Conſens Kayſerlicher Majeſt. nicht zu geben haben u. ſ. w. at Principum Ciuitatumque collegium eam omittendam eſſe concludebat. Et licet Caeſarei declararint: daß die *Specificatio reſeruatorum* unnöthig wäre, weil ſolches alles bereits in der güldnen Bull, und den Reichs-Conſtitutionen determinirt ſey, und wäre *poteſtas Imperatoris* überhaupt *generalis*, und erſtrecke ſich auf alles, was nicht *per pacta vel per leges reſtringirt* ſey, clauſulaeque: *ſaluis* &c. acriter inſtiterint; ex altera tamen parte conceſſum nihil eſt, ſuaeque ea pariter ſententiae inhaeſit, donec dictatum menſ. Iun. 1647. proiectum Caeſareum cum Suecis art. 7. his verbis ſiſteret: *gaudeant* (ſtatus Imperii) *ſine contradictione iure ſuffragii in omnibus deliberationibus ſuper negotiis Imperii, praeſertim vbi leges ferendae vel interpretandae, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hoſpitationes militum inſtituendae, noua munimenta intra Statuum ditiones extruenda nomine publico, veterаue firmanda praeſidiis, nihil horum aut quicquam ſimile, poſthac unquam fiat vel admittatur, niſi de comitiali liberoque omnium Imperii ſtatuum ſuffragio & conſenſu &c.* In iis, quae adhuc ſequuntur, grauiora quaedam Imperii negotia ad proxima comitia remiſſa ſunt. Id

quod demum in *art. 8. I. P. O. §. 2. & in I. P. M. §. 63.* vim pacificationis & legis fundamentalis accepit.

Colligo inde ſummorum paciſcentium mentem neutiquam fuiſſe, *quaedam* tantum Imperii negotia, quae ſint comitialia, determinare & ſignare, quin potius negotiis Imperii generatim qualitatem comitialem indiderint. Patet id 1) iam ex Suecorum & Gallorum propoſitionibus, articuli *8. §. 2. I. P. O. & §. 63. I. P. M.* primis ſtaminibus, in quibus ea, quae tanquam comitialia determinanda fuerint, iisque ſimilia, tantum vt *potiſſima* & *principalia* recenſentur, non ergo quaſi illa ſola cum aliis analogicis plenum clauſumque negotiorum imperii comitialium catalogum conficiant. Inhaeſerant intentioni ſuae, pacificationis etiam robur nactae. 2) Quod tum plenipotentiariorum Caeſareorum aſſertioni, tum principum Electorum concluſo, negotia comitialia non eſſe, niſi quae ſpecialiter ad ſtatuum conſenſum adſtricta fuerint, legatorum exterorum, reliquorumque ſtatuum intentio neutiquam reſponderit. 3) Quod aut omiſſio clauſulae *ſaluis tamen iis* &c., aut reſeruatorum Caeſareorum ſpecialis deſignatio ad lites praecidendas conſtantiſſime vrgeretur. Quis vero neſcit, non eorum, quae regulae ſunt, ſed eorum, quae ad exceptionem a regula pertinent, ſpecialem determinationem fieri. Et quamuis Caeſarei hanc deſignationem detrectarint, & optime quidem, cum eorum numerus & catalogus clauſus ſine Caeſareae Maieſtatis, eo quod analoga non potuiſſent omnia recenſeri, praeiudicio editus non fuiſſet; inde tamen Suecorum & Gallorum mens colligitur, in quam art. 8. §. 2. I. P. O. & §. 63. I. P. M., primis eorum propoſitionibus eatenus conformi, itum eſt.

Pacis W. ſanctionem repetit capitulatio art. 4. §. 1. generaliter enim l. c. diſponitur: In allen Berathſchlagungen über die

die Reichsgeſchäfte (in perpet. über Reichsgeſchäfte) inſonderheit diejenigen, welche in dem *Inſtrumento pacis* nahmentlich *exprimiret*, und dergleichen ſ. u. w. Wir die Churfürſten Fürſten und Stände des Reichs, Ihres iuris ſuffragii ſich gebrauchen laſſen, und ohne derſelben Reichs-tägige freye Beyſtimmung nichts fürnehmen, noch geſtatten. Aut nihil omnino video, aut negotia in inſtrumento pacis expreſſa, iisque ſimilia, ſolum vt praecipua & exempli loco poſita ſunt, cum ad vocem: inſonderheit non ſolum illa: welche in dem *Inſtrumento pacis* nahmentlich *exprimiret*, ſed etiam: und dergleichen referantur.

Nec obſtat huic interpretationi, quod, ſi verba P. W. *gaudeant* &c. ita generaliter accipiantur, generali hac ſanctione iura Imperatoris reſeruata prorſus caſſata & excluſa fuerint, id quod tamen a mente ſummorum paciſcentium quam maxime alienum fuit; aut ſaltem clauſulam: *ſaluis tamen iis* &c. nullo modo ommitti, ſed omnino ad ſaluanda iura maieſtatica Imperatori reſeruata, Electorumque praeeminentias in tuto collocandas, retineri debuerit. At ſalua res eſt. Primo enim generali P. W. diſpoſitione iura praecipua, quae in legibus fundamentalibus aut obſeruantia anteriori fandamentum habent, abrogata minime ſunt, cum notum ſit axioma, legem poſteriorem generalem iura anteriora praecipua non tollere, ſed ab his illam exceptionem accipere. Generali itaque ſanctione non obſtante in ipſa P. W. non vnum ius Imperatoris praecipuum agnitum fuit *conf. I. P. O. art. 4. §. 29. 50. 57. art. 5. §. 18. 26. verſ. in quibuscunque etiam &c. 53. art. 9. §. 1.* vbi iuris quoque praecipui Electorum quoad conceſſionem vectigalium & teloniorum mentio iniicitur, *art. 10. §. 12. 13. art. 12. §. 4. art. 15. §. 2. §. firmum art. 16. §. 3. ſeq.* Quoad *ſecundum* omiſſionem clauſulae plenipotentiarii exteri ſtatusque Imperii praeter Electores, ex hac ratione vrgebant,

eo quod per illam P. W. diſpoſitionem eludi, nouásqûe inde lites oriri facile fuiſſet; cum enim clauſula tum ratione iurium & praeeminentiarum, tum ratione epochae, a qua moris illius antiqui initium repetendum fuerit, nullam determinationem contineret, contra expreſſam P. W. ſanctionem facile deinde ab Imperatore aut Electoribus iura praecipua allegari, aut ad morem antiquum prouocari, & hoc modo tota diſpoſitio eludi potuiſſet, quapropter illam prorſus omittendam eſſe exiſtimatum eſt; cum iura Imperatoris praecipua, Electorumque praeeminentiae, de quibus ex legibus Imperii conſtat; ex iisdem ſatis in tuto poſitae fuerint, & clauſula: *ſaluis* &c. hoc in contextu admodum periculoſa videretur. Quae omnia ex actis P. W. ad oculum patent.

Fundamentum hucusque ſtabilitum, canae quoque Imperii obſeruantiae inniti, demonſtrare facile foret. Vt enim antiquiſſima tempore non memorem, inde a conuentu II. apud Marſnam filiorum Ludouici P. an. 851. pactoque Confluentino Ludouicum Germanicum inter & Carolum fratrem a. 860. regula fundamentalis recepta fuit, vt negotia Imperii ſine conſenſu Fidelium regni non tractarentur conf. IO. DAV. KOEHLER teutſche Reichs-Hiſtorie *pag. 37. edit. 1767. ibique alleg.* quam ipſo vſu dein obtinuiſſe hiſtoria Imperii ſequens luculente docet, niſi quod ex medii aeui obſeruantia litterae Electorum conſenſuales ſaepe Imperatori id fuerint, quod hodie omnium Imperii ſtatuum ſuffragium & conſenſus conf. de his FR. WALCH *pr. de litteris Electorum conſenſionis teſtibus* & Publiciſtas paſſim. Ex dictis facile forte adparebit, quid de regulis limitibusque Imperatoris reſeruata inter & negotia comitialia a D. BIENERO in der Beſtimmung der kayſerlichen Machtvollkommenheit in der teutſchen Reichsregierung *Lipſ. 1780. pag. 39. ſeqq.* poſitis iudicandum ſit.

Poſteaquam Cel. Maieri ſententiam a me ſupra relatam pag. 34. laudauerat, ſuam l. c. hiſce proponit: Hieraus laſſen ſich nunmehro leichte folgende Regeln abſtrahiren, und als zuverläſſige Maalſteine ſetzen: I.) diejenigen Regalien, deren Wirkungen einen gleichen Einflus auf das ganze teutſche Reich, und die geſammten Reichsunterthanen haben, ſeyn gemeinſchaftliche Rechte des Kayſers und Reichs und ihre Ausübung muß nach der Staatsverfaſſung Teutſchlandes auf dem Reichstage beſorget und die Stände dabei zur Mitregierung gezogen werden. ... II.) Alle Regalien, welche blos auf einzelne Unterthanen, Familien, Diſtricte und Landeshoheiten ſich beziehen und mehr die Regierung des Reichs nach der Grundverfaſſung des Staats, als neue zu machende Einrichtungen betreffen; ſeyn der kayſerlichen Majeſtät alleine überlaſſen und unter dem allgemeinen Nahmen eigner kayſerl. Hoheitsrechte und Reſervaten begriffen. ... III.) Alle Regalien, wel- nicht zur eigentlichen Reichsregierung gehören, ſondern ſich mit andern Gegenſtänden beſchäftigen, ſeyn dem Kayſer alleine überlaſſen und beſtimmen eine beſondere Gattung kayſerlicher Reſervaten, jedes nach den eigenen Grundſätzen der Staatsverfaſſung. Cum iam plus iuſto hac in materia digreſſus ſim, paucis tantum meum de his regulis iudicium feram. Patet, eas ex abſtractione, vt vocant, ortas & a poſteriori, collectas eſſe; ipſe BIENERVS ad regulam I. ait: die Anwendung auf einzelne Regalien wird ieden von der Wahrheit überführen, eine weitere Entwickelung aber iſt auſſer meinem Zirkel. Meo tamen iudicio adaequatae, ſatisque determinatae neutiquam videntur. *Prima* enim vix ac ne vix quidem negotia comitialia, quae extera regna concernunt, continet, de quibus MOSERVS duodecimum tractatus: von Reichstagsgeſchäften librum inſcripſit. Sunt quoque plura negotia non uniuerſum Imperium omnesque ſubditos eius, ſed ſin-

ſingulos aut collegia ſingula concernentia, quae ad comitiali relata ſunt, v. c. erectio noui electoratus per *decretum commiſſionis d. d. 21. Iul. 1706.* conceſſio noui Archiofficii per *cap. art. 3. §. 5.* prorogatio voti & ſeſſionis ab vna linea ad alteram per *cap. art. 1. §. 6.* aliaque. Quoad *alteram* vereor, ne in multis fallat; exemplo tantum ſit declaratio in bannum Imperii, quae vtpote ſingulos concernens, nihilomiuus per art. 20. capit. §. 3. 4. 5. indubie inter negotium comitialia eſt. *Tertiam* denique regulam ſufficienti determinatione carere quis non videt?

Tantum de materia ampliſſima & grauiſſima pro ſcopo meo diſſerere conſtitui. Eam non mere ſcholaſticam & inanem eſſe vel inde liquet, quod qualitas negotii imperii noviter forte emergentis, & cum iis, quae pro negotiis comitialibus aut Imperatori reſeruatis expreſſe declarata ſunt, nullam analogiam habentis, ex his principiis vnice decidi oporteat. Man hat inquit MOSERVS *in tr.* von denen teutſchen Reichs-Tags-Geſchäften 1. B. 1. C. §. 5., *keine zuverläſſige Verzeichniß aller und jeder Reichstagsangelegenheiten, noch iſt es möglich dergleichen zu verfertigen, weil ſich immer wieder neue ſpecial-Fälle ereignen können, die ſich zu ein oder anderer general-Rubrick derer Reichstagsangelegenheiten qualificiren: Ja es können auch von Zeit zu Zeit ganz neue Arten und Claſſen von Reichstagsangelegenheiten entſtehen.*

## §. VII.

Quibus praeſuppoſitis ad ipſam quaeſtionem principalem accedo, exiſtimoque, *Placitum regium* negotiis comitialibus in Germania omnino accenſendum eſſe, adeoque concilium Papamque canones conſtitutiones conſtitutionesque ſuas ad comitia deferre oportere,

aut ſaltem Caeſareae Maieſtatis eſſe, eas ſibi miſſas in comitiis proponere, vt conſenſus in promulgationem earundem per Imperium faciendam, concluſo Imperii detur vel denegetur *.

* Nec conſentientes mecum, nec diſſentientes iuris pub. DD. hic adlegare poſſum, cum nemo eorum hanc quaeſtionem tractet, vixque Placiti regii meminerint, excepto MOSERO, qui variis in locis illud memorat, Imperatoremque illud ſibi vindicare adſerit. Apertius aliquanto in *tr.* von der teutſchen Religions-Verfaſſung 3. Buch 3. Cap. §. 63. ait: daß die Teutſche die neuere ſeither geſchoſſenem *corpore iuris canonici* ergangene Päbſtliche Bullen und andere Ausſprüche keineswegs weder in geiſt-noch weltlichen Sachen, als Geſetze reſpectiren; noch an denen höchſten Reichsgerichten darauf ſprechen; es wäre denn, daß der Pabſt in irgend einer geiſtlichen oder Kirchen-Sache eine Verodnung machte, ſelbige dem Kayſer präſentirte, und deſſen Genehmhaltung darüber erhielte; als welchen Falles ſelbige vielleicht von denen Catholiſchen beobachtet werden mag. Ich ſage aber bedächtlich: „vielleicht„ dann weil der Kayſer alleine keine Geſetze in Reiche machen oder einführen kan, ſo kan gar wohl ſeyn, daß auch die Catholiſche eine ſolche Päbſtliche Verordnung wider ihren Willen zu reſpectiren, ſich nicht verbunden achten würden, und wann ſie ſich auf dieſen Fuß ſetzten, wüſte ich ihnen nicht unrecht zu geben. conf. etiam Staatsrecht *tom. 2. pag. 224. tom. 3. 567.* Add. Gedancken von den Befugſamen teutſcher Reichsfürſten bey Abſtellung des Jeſuiter-Ordens. Entworfen von *M. H. A. --- Z. 1773. 8.*

## §. VIII.

*Primum* pro ſtabilienda ſententia mea argumentum

tum ex generali Pacis W. Sanctione: *gaudeant . . iure ſuffragii in omnibus deliberationibus ſuper negotiis imperii* & Capitulat. In allen Berathſchlagungen über die Reichsgeſchäfte, inſonderheit diejenigen, ꝛc. ſ. u. wollen Wir die Kurfürſten, Fürſten, und Stände des Reichs, ihres *iuris ſuffragii* ſich gebrauchen laſſen u. ſ. w. deſumitur. Cum enim Placitum regium, vt re vera eſt, negotium imperii eſſe conſtiterit; illius quoque exercitium ſoli Imperatori relictum non eſt, ſed ad illud, Status Imperii ſuffragio & conſenſu ſuo comitiali concurrere, argumento legum harum fundamentalium, neceſſe eſt *.

* Conf. quae latius ſupra §. 6. not. * deduxi. Si quis ergo leges haſce ad Placitum regium pertinere negauerit, neceſſe eſt, vt vel exceptio probetur, vel illud negotium Imperii eſſe negetur. Profecto cum negotium ciuitatis ſeu regni illud ſit, quod a ſuprema Maieſtate in commune illius bonum ſalutemque ſuſcipitur; Placitum regium quoque tale eſſe, ex iisdem fundamentis adparet, quae generatim pro eius iuſtitia ex iure reformandi & inſpectionis ſupremae petita adferri ſolent. V. ſcriptores §. 3. laudati.

## §. IX.

At licet hoc argumentum etiam non omni exceptione maius foret, cum interpretationi art. 8. §. 2. I. P. O. & §. 63. I. P. M. ſupra a me, quantum ſatis quidem ſtabilitae, nondum tamen ab omnibus agnitae innitatur: tamen inter omnes conuenit, & in I. P. l. c. aperte fundatur: analoga cum expreſſis, qualita-

tem comitialem indubie habere. Ex hac itaque analogia *ſecundum* argumentum proferam, quo adſertum meum confirmatum ibo. *Gaudeant*, inquit P. W. l. c., . . *iure ſuffragii in omnibus deliberationibus ſuper negotiis imperii, praeſertim vbi leges ferendae vel interpretandae . . . . aliaue eiusmodi negotia peragenda fuerint, nihil horum aut quicquam ſimile poſthac vnquam fiat vel admittatur, niſi de comitiali liberoque omnium Imperii Statuum ſuffragio & conſenſu.* Quodſi etiam in verbis: *vbi leges ferendae vel interpretandae*, vniuerſaliter & indefinite poſitis, atque ad leges Imperii neutiquam reſtrictis, nulla pro qualitate comitiali Placiti regii in Imperio R. G. argumenti vis foret; ſat firma tamen in verbis: *aliaue eiusmodi negotia: . . nihil horum aut quicquam ſimile &c.* ſita eſt. Profecto enim ſiue lex ab Imperio immediate feratur, ſiue in promulgationem alterius legis aut conſtitutionis in Germania faciendam, conſenſus detur, negotia ſunt vtrobique ſimilia & eiusmodi *.

* Conf. MOSERVS §. 7. allegatus. Nec obſtat, placito regio non exerceri poteſtatem legislatoriam, ſed ſolum concilio vel Papae poteſtate legislatoria in ſacris ex principiis catholicis inſtructo, illius tantum exercitium in Imperio permitti aut ob eius ſalutem negari. At ſaltem, vt dictum, vi Placiti regii actus legislationi ſimilis exercetur. Deinde cum lex ſit voluntas ſuperioris ſubditis obligationem imponens, ſequitur, legem eccleſiaſticam Placito regio confirmatam, legem quoque ſecularem & in Germania legem Imperii fieri. Tanta eſt Placiti regii cum poteſtate legislatoria analogia.

§. X.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-839916-p0032-4

## §. X.

*Tertium* argumentum ex Capitul. art. 14. §. 1. 2. & 3. deriuatur. Ibi §. I.: Wir ſollen und wollen auch, in künftiger Unſerer Regierung bey dem Heiligen Vater dem Pabſt und Stuhl zu Rom unſer beſtes Vermögen anwenden, daß von demſelben, gleich Wir ohnehin des Vertrauens ſeynd, die *concordata Principum*, und die zwiſchen der Kirche, Päbſtlicher Heiligkeit, oder dem Stuhl zu Rom, und der teutſchen Nation aufgerichtete Verträge, wie auch eines jeden Ertz- und Biſchofſen, oder deren Dom-Capitulen, abſonderliche *Priuilegia*, hergebrachte *Statuta* und Gewohnheiten allerdings beobachtet, und dagegen durch unförmliche *Gratien*, *Reſcripten*, *Prouiſionen*, *Annaten*, der Stift Mannigfaltigung, Erhöhung der *Officien* im Römiſchen Hof, und *Reſeruation*, *Diſpenſation* und ſonderlich *Reſignation*, dann darauf unternehmende *Collation* oder ſolcher *Praebenden*, *Praelaturen*, *Dignit*äten und *Officien* (welche ſonſten *per obitum ad curiam Romanam* nicht *deuolui*ret werden, ſondern jederzeit ohnerachtet in welchem Monath ſie auch ledig und *vaci*rend würden, denen Ertz- und Biſchöffen, auch *Capitulen* und andern *Collector*en heimfallen) wie weniger nicht *per coadiutorias Praelaturarum electiuarum & praebendarum*, *Iudicatur ſuper ſtatu Nobilitatis*, oder in andere Wege, zu Abbruch deren Stiftern, Geiſtlichkeit, und anders wider gegebene Freyheit, und erlangte Rechten, dazu zu Nachtheil des *Iuris Patronatus*, und deren Lehen-Herrn, in keine Weiſe gehandelt,

§. 2. noch auch die Ertz- und Biſchöffe im Reich, wann wider dieſelbe von denen ihnen untergebenen geiſt- und weltlichen etwan geklaget werden ſollte, ohne vorherige gnugſame *Information* über der Sachen Verlauf und Beſchaffenheit (welche, damit keine *ſub- & obreptio contra facti veritatem* Platz finden möchte, *in partibus* einzuhohlen) auch ohne angehörter

Verantwortung des Beklagten, wann zumahlen derſelbe *authoritate paſtorali* Verbeſſerung und Vermehrung des Gottesdienſtes, auch zu *Conſeruation* und mehrerer Aufnahme der Kirchen, wider die ungehorſame und übele Haushälter verfahren hätte, mit *Monitoriis*, *interdictis*, und *Comminationibus* oder *Declarationibus cenſurarum* übereilet, oder beſchweret werden möchten, ſondern wollen ſolches alles mit deren Churfürſten, Fürſten und anderer Stände Rath kräftigſt abwenden und vorkommen,

§. 3. Auch darob und daran zu ſeyn, daß die vorgemeldete *concordata Principum* und aufgerichtete Verträge, auch *Priuilegia*, *Statuta* und Freyheiten gehalten, gehandhabet, und denenſelben veſtiglich gelebet, und nachgekommen, jedoch was für Beſchwerung darinn gefunden, daß dieſelbe vermög gehabter Handlung zu Augſpurg in dem 1530ten Jahr bey abgehaltenem Reichstag abgeſchaffet, und hinführo dergleichen ohne Bewilligung deren Churfürſten, nicht zugelaſſen werde.

Ex qnibus ſic argumentor: Imperatoris eſt, *cum Electorum, Principum, aliorumque Imperii ſtatuum conſilio*, eccleſias germanicas earumque praelatos, contra reſcripta aliasque conſtitutiones papales, iuribus priuilegiis libertatibusque Germanorum inimicas, eas praeueniendo & arcendo ſecuros reddere. Quis negabit, hoc negotium comitiale eſſe, quod Imperator non ſolus, ſed cum omnium ſtatuum conſilio ſuſcipere in Capitulatione promittit? * Iam vero conſtitutiones eiusmodi noxiae arceri ſaltem nequeunt, niſi conſtitutiones papales quaecunque peruideantur, examinenturque, vt hic & nunc adpareat, an innocuae vel ex claſſe illarum ſint, quae in Capitul. II. cc. notantur, & ſic pro re comperta illarum promulgatio concedenda ſit nec ne. Itaque etiam nonniſi adhibito Electorum, Principum, aliorumque Imperii ſtatuum conſilio ab Imperatore hunc in finem per-

peruidendae examinandaeque ſunt; ſicque ius examinandi conſtitutiones papales, peruidendi, an noxiae ſint, innoxiaeue, & ſic vel in earundem promulgationem conſentiendi vel easdem a terminis Imperii arcendi propellendique, negotium comitiale eſſe, euictum puto. Atque hoc eſt ipſiſſimum ius Placiti regii.

* Promiſere id iam Imperatores inde a Carolo V. in cuius cap. art. 16. legitur: und als über und wider *concordata Principum*, auch aufgerichte Verträg, zwiſchen der Kirchen, Päbſtlicher Heiligkeit, oder dem Stuhl zu Rom und teutſcher Nation, mit unförmlichen Gratien, Reſcripten, Annaten der Stift, ſo täglich mit Mannigfaltigung und Erhöhung der Officien am Röm. Hof, auch Reformation, Diſpenſation, und in ander Weg, zu Abbruch der Stift, Geiſtlichkeit, und andern gegebenen Freyheiten, darzu zu Nachtheil *Iuris Patronatus* ſtetigs, und ohne Unterlaß offentlich gehandelt, derhalben auch unleidlich und verbotten Geſellſchaft und Contract, oder Bündniß (als Wir bericht) fürgenommen und aufgericht werden; das ſollen und wollen Wir mit Ihr, der Churfürſten, Fürſten und anderer Ständ Rath, bey Unſerm heiligen Vater, dem Pabſt, und Stuhl zu Rom, Unſers beſten Vermögens, abwenden und fürkommen. Atque ob legem hanc Imperii ſatis expreſſam hoc negotium comitialibus accenſet MOSERVS in *tr.* von denen Teutſchen Reichs-Tags-Geſchäften 1. Buch 2. Cap. §. 4.

## §. XI.

*Quarto:* negotia religionem & eccleſiaſtica concernentia ex obſeruantia Imperii inde a Carolingorum aeuo deſcendente in comitiis deliberata & expedita, adeoque pro comitialibus habita ſunt. * Cum ergo Placitum regium in ſignificatione ſtrictiore & vulgari (§. I.) acceptum circa religionem & eccleſiaſtica verſetur; inde aperte fluit, illud in negotiis comitialibus omnino numerandum eſſe.

 * Pro-

* Probauit hanc obſeruantiam *Io. Mich.* DAHM *diſſ. de iure comitiorum Imperii circa ſacra Mog. 1747. §. 6 - 27.* Non abs re erit, paragraphorum ſumaria adſcribere: §. 6. res ſacrae & eccleſiaſticae ad comitia delatae ſub Imperatoribus Carolingicis, §. 7. Cauſa Henrici IV. a Gregorio VII. excommunicati §. 8. Cauſa inueſtiturae per baculum & annulum ſub Henrico V. & aliae eccleſiaſticae in comitiis pertractatae ſub Friderico I. &c. §. 9. Cauſa Ludouici Bauari a Ioanne XXII. & Benedicto XII. P. P. excommunicati §. 10. Cauſa ſchiſmatis, reformationis eccleſiae, ac grauaminum contra ſedem Apoſtolicam ſub Sigismundo &c. §. 11. Auiſamenta Conſtantienſia & Moguntina §. 12. Comitia Moguntina de a. 1440. circa eadem obiecta. §. 13. Comitia Norimbergenſia & vnio Electoralis. §. 14. Comitia Francofurtenſia & concordia nationis Germanicae cum S. Pontifice Eugenio IV. §. 15. Diaeta Aſchaffenburgenſis & concordata Germaniae. §. 16. Depoſitiones Praeſulum Germaniae ad comitia delatae §. 17. Lutherus in comitiis Wormatienſibus proſcriptus a. 1521. §. 18. Comitia ſequentia in hac cauſa, & centum grauamina Norimbergenſia. §. 19. Comitia alia in cauſa religionis vsque ad an. 1530. §. 20. Comitia Auguſtana 1530. Confeſſio Auguſtana ac decretum Imperatoris §. 21. Primae religionis induciae conceſſae Proteſtantibus in comitiis Norimbergenſibus a. 1532. §. 22. Colloquium de religione &c. in comitiis Ratisbonenſibus a. 1541. §. 23. Comitia Spirenſia a. 1544. Catholicis nociua. §. 24. Libellus *Interim* Caroli V. in comitiis Auguſtanis. §. 25. Transactio Paſſauienſis, & Pax religioſa in comitiis Auguſtanis a. 1555. §. 26. Colloquium Wormatienſe religionis, lites aliae circa religionem vsque ad bellum tricennale & P. W. §. 27. Negotia eccleſiaſtica poſt P. W. ad comitia vsque huc delata. Quibus addenda cauſa Calendarii nouiſſima, dum vi concluſi corp. Euang. d. 13. Decemb. 1775. Imperii Placiti d. 29. Ian. 1776. & ſubſecuta Ratificatione Imperatoris d. 7. Ian. e. a. calendarium Gregorianum ſub nomine calendarii Imperii ab vniuerſo Imperio receptum eſt, vt alia ommittam.

Ait quidem DAHM *l. c. §. 28.: quae hucusque ex genuinis fontibus adduximus comitialia circa res ſacras acta exempla ſunt, non leges. Non enim exemplis, ſed legibus ſtandum eſſe docemur, nec obſeruantiam Imperii vniuerſalem inde euincas, haec enim vt iuſta & valida ſit, plura concurrere oportet, nec Catholici nec Proteſtantes omnia laudabunt, quouis tempore, vel ab vniuerſis comitiis comitialiter concluſa, vel a parte in partem ſtatuta.* At haec eo tantum ſenſu, vt ex contextu patet, dicta vult, quod Imperium plura nonnunquam negotia in comitiis tractanda ſusceperit, ac quae limitibus iuris maieſtatici circa ſacra continentur. Quodſi vero negotium quoddam vi iuris circa ſacra maieſtatici omnino in Imperio explicari poteſt; id in comitiis explicari vi obſeruantiae Imperii neceſſe eſt. Caeterum vel inſpicienti patet, DAHMIVM anguſtiores iuri maieſtatico poſuiſſe limites, ac recentiores Catholici paſſim ponunt. Conf. *§. 29. ſeqq.* & his oppone, quae habet *Paul. Ioſ. a* RIEGGER *in inſtit. iuriſpr. eccleſ. part. 1, pag. 488-524. edit. II. 1771.* aliique.

## §. XII.

Denique *quinto*: quamuis hactenus conſtans Placiti regii vſus lege aliqua fundamentali aut obſeruantia Imperii nondum iuualuerit: tam coecae tamen obedientiae terra Germania non fuit, vt, vbi periculum aut praeiudicium ingens ex conſtitutionibus papalibus aut conciliorum decretis immineret, ius illud non exercuerit. Atque tum id cum Statuum Imperii conſenſu & ſuffragio factum eſſe, plura exempla ex hiſtoria Imperii petita demonſtrant *.

* Pertinent huc plura ex DAHMIO *§. anteced.* allegata, in quibus ſi non Placitum regium in optima, vt aiunt, forma adparet, certe rem ipſam hiſtoriae, Imperii gnarus videbit. Addam praeter alia adhuc, quod ſanctioni concilii Lateranenſis III., qua laicis

 ius

ius decimas poſſidendi easque in laicos transferendi negatum eſt, in comitiis Gelnhuſanis a. 1186. contradictum eo effectu fuerit, vt conſtitutio illa in Germania nullam vim obtinuerit. Docet id teſtimonium ARNOLDI LVBECENSIS, quod *G. L.* BOEHMER in diſſ. *de origine & ratione decimarum in Germania* §. 26. *in Electis tom.* 2. excitauit. Sic bullis papalibus, quibus ſub variis titulis decimae redituum eccleſiaſticorum exigebantur, non vna vice in comitiis promulgatio denegata eſt. Conf. *Concordata rationis Germanicae integra additamentis illuſtrata tom*, 1. *pag.* 185. *ſeqq.*

## §. XIII.

Caeterum quoad modum, Placitum regium in comitiis exercendi, pluralitati votorum in regula hic locum eſſe, omnino exiſtimo. *

* Nec obſtat I. P. O. art. 5. §. 52. ibi: *in cauſis religionis, . . . ſola amicabilis diſpoſitio lites dirimat; non attenta votorum pluralitate.* Quamuis enim Placitum regium circa cauſas religionis & eccleſiaſticas verſetur, tamen P. W. diſpoſitionem ad cauſas religionis, Proteſtantes inter & Catholicos, ceu duas partes, controuerſas, reſtringi, non vero generatim ad cauſas religionis, in quibus ius maieſtaticum circa ſacra exercendum eſt, extendi debere, ex hiſtoria & fine huius legislationis ſatis patet. Caeterum vero tota res ex generalibus de vi ſuffragiorum maiorum & iure eundi in partes principiis determinanda eſt.

T A N T V M.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-839916-p0039-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-839916-p0040-8

Bd. 1+13

TA-OL

ULB Halle 3
004 803 671

VD 18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-839916-p0041-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-839916-p0042-0

XXXV.
1780, 7
17

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIS PVBLICI

DE

# QVALITATE COMITIALI PLACITI REGII

IN

IMPERIO ROMANO - GERMANICO

AD

VOTVM CONSILII IMP. AVLICI

*d. d. 6. Nov. 1773.*

QVAM

AVCTORITATE

*ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS*

IN ALMA LVDOVICIANA

PRO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

LEGITIME IMPETRANDIS

AD DIEM APRILIS CIↃIↃLXXX.

PVBLICE DEFENDET

ANDREAS IOSEPHVS SCHNAVBERT

BINGENSIS

*GIESAE*

apud IO. IACOB. BRAVN, Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-839916-p0043-5